UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 vtrum sit virtus ad abstinentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

circa huiuſmodi cõcupiſcentias antonomaſice dicitur caſtitas: ſicut & fortitudo eſt circa ea, in quib. maxime indigemus animi firmitate.

Ad III. dicendum, quòd ratio illa procedit de fornicatione ſpirituali metaphoricè dicta, quæ opponitur caſtitati ſpirituali, ut dictum eſt.* (In corp. ar.)

¶ *Super Queſtionis centeſimęquinquageſimæprimæ. Art. 3.*

IN artic. 3. eiuſdem quæſt. in reſpõſione ad ſecundum dubium occurrit, quia delectationes uinariæ magis opprimũt rationem, quàm venereę: quoniã ebrijs ratio eſt magis deperdita, quàm vacantium venereis. (2. di. 24. q. 2. artic. 1. ad 3. & uir. q. ō. 1. art. 4. cor. fi.)

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ aliud eſt loqui de delectationibus ſecundum ſe, & aliud de illis ſecundum earũ effectus. Delectationes ſiquidem venereæ ſunt in ſe maiores, & ipſemet ſunt magis opprimentes rationem, quàm delectationes, quas ſentimus in bibendo vinum. Sed effectus vini delectabilis, ſcilicet fumalis euaporatio ad cerebrum, magis opprimit rationem, quàm delectatio venerea. Author autem loquitur de delectationib. & nõ de effectibus earũ. (Li. 3. c. vl. t. 5)

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdẽ articuli, dubium occurrit de hoc. ſ. Delectationes aliorum ſenſuum nõ pertinẽt ad naturã hominis conſeruandam, niſi ꝓut ordinantur ad delectabilia tactus. Nam Ariſt. in lib. de ſenſu & ſenſato, prerogatiuã hominis inter alia animalia ponit, ꝙ delectatur odore ſecundum ſe. Et hoc prouidit natura ad ſalutem hominis ꝓp frigiditatem cerebri humani contẽperandam, vt ibi dicitur. Sunt ergo ſine ordine ad tactũ delectabilia ad conſeruãdũ hominem, delectabilia odoratus, cui⁹ oppoſitum in litera dr: ac ꝓ hoc oportet aliquam temperantiæ ſpeciẽ circa hæc ponere. (Ad amãdũ, aliquantulum a prin. tom. 4.) (q. 141. art. 4.)

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ ordinari ad delectabilia tactus multipliciter cõtingit, & nõ vno tantum modo, Ordinatur ſiquidẽ (Li. 9. ex c. 7. a med. habetur. tom. 5.)

Articvlvs III.

Vtrum caſtitas ſit uirtus diſtincta ab abſtinentia.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd caſtitas non ſit uirtus diſtincta ab abſtinentia. Quia circa materiam unius generis ſufficit una uirtus; ſed unius generis uidentur eſſe, quæ pertinẽt ad unum ſenſum. Cum ergo delectatio ciborũ, circa quam eſt abſtinentia, & delectatio uenereorum, circa quam eſt caſtitas, pertineãt ad tactum, uidetur quòd caſtitas nõ ſit alia uirtus ab abſtinentia.

¶ 2 Præt. Philoſ. in 3. Ethic. * omnia uitia intemperantiæ aſſimilat puerilibus peccatis, quæ caſtigatione indigent: ſed caſtitas nominatur à caſtigatione uitiorum oppoſitorum. ergo cum per abſtinentiam cohibeantur quædã uitia intẽperantię, uidetur quòd abſtinentia ſit caſtitas.

¶ 3 Præt. Delectationes aliorum ſenſuum pertinent ad temperantiam, inquantum ordinantur ad delectationes tactus, circa quas eſt temperantia: ſed delectationes ciborum, circa quas eſt abſtinentia, ordinantur ad delectationes uenereorum circa quas eſt caſtitas, unde dicit Hieron. * Venter, & genitalia ſibimetipſis uicina ſunt, ut ex uicinitate mẽbrorum, confęderatio intelligatur uitiorum. ergo abſtinẽtia, & caſtitas non ſunt uirtutes ab inuicem diſtinctæ.

Sed contra eſt, ꝙ Apoſt. 2. ad Corinth. 6. connumerat caſtitatem ieiunijs, quæ ad abſtinentiam pertinet.

Respon. Dicendum, quòd ſicut dictum eſt, * temperantia eſt propriè circa cõcupiſcentias delectationum tactus: & ideo oportet, ut ubi ſunt diuerſæ rationes delectationis, ibi ſint diuerſæ uirtutes ſub temperantia comprehenſæ. Delectationes autem proportionantur operationibus, quarũ ſunt perfectiones, ut dicitur 9. Ethic. * Manifeſtum eſt autem, quòd alierius generis ſunt operationes pertinentes ad uſum ciborum, quibus natura indiuidui conſeruatur: & operationes pertinẽtes ad uſum ue-

F nereorum, quibus conſeruatur natura ſpeciei. Et ideo caſtitas, quæ eſt circa delectationes uenereorũ, eſt uirtus diſtincta ab abſtinentia, quæ eſt circa delectationes ciborum.

Ad primum ergo dicendum, quòd temperantia non cõſiſtit principaliter circa delectationes tactus quantum ad iudicium ſenſus de tangibilib. quod eſt eiuſdem rationis in omnib. ſed quantum ad ipſum uſum tangibilium, ut dicitur in 3. Ethic.*

G Eſt autem alia ratio utendi cibis, & potibus, & uenereis; & ideo oportet eſſe diuerſas uirtutes, licet ſint unius ſenſus.

Ad II. dicendum, quòd delectationes uenereæ ſunt uehementiores, & magis opprimentes rationem, quàm delectationes ciborum, & propter hoc magis indigent caſtigatione, & refrænatione; quia ſi eis conſentiatur, magis ex hoc increſcit uis concupiſcentiæ, & deijcitur uirtus mentis. Vnde Auguſt. dicit in 1. ſoliloquiorum. Nihil

H eſſe ſentio, quod magis ex arce deijciat animum uirilem, quàm blandimenta fœminę, corporumque ille contactus, ſine quo uxor haberi non poteſt.

Ad III. dicendum, quòd delectationes aliorum ſenſuũ non pertinent ad naturam hominis conſeruandam, niſi prout ordinantur ad delectabilia tactus: & ideo circa huiuſmodi delectationes non eſt aliqua alia uirtus ſub temperantia comprehenſa;

I ſed delectationes ciborum, quamuis aliqualiter ordinentur ad delectationes uenereorum, tamen etiam per ſe ordinantur ad uitam hominis conſeruandam: & ideo etiam per ſe habent ſpecialem uirtutem, quamuis illa uirtus, quę abſtinẽtia dicitur, ordinet actum ſuum ad finem caſtitatis.

Articvlvs IIII.

K *Vtrum pudicitia pertineat ſpecialiter ad caſtitatem.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, quòd pudicitia non pertineat ſpecialiter ad caſtitatem. Dicit enim Auguſt. pudicitia eſt quędam uirtus animi ... quid ad caſtitatem pertinens ... tus a caſtitate diſtincta.

¶ 2 Preterea. Pudicitia à pudore ... idem eſſe uerecundiæ; ſed uerecundia ... maſcenum, * eſt de turpi actu ... actui uitioſo. ergo pudicitia ...